

Vigesimusquartus

Qynobaton quam alii cynospaston alii neurospaston uocāt foliū habet uestigio hominis si-
mile. Fert & uua nigram: in cuius acino nerum habet: unde nerunspastus dicitur. Alia est
a cappari: quam medici cynos baton appellauerunt. Huius thyrus ad remedia splenis & i-
flationes conditus ex aceto manditur. neruus eius cū mastice chia commanducatus os purgat. Ru-
bor rosa alopecias cum axungia emendat. Mora capillū tingunt cum omphacino oleo. Flos mori
per messes colligitur. Candidus pleureticis præcipuus ex uino potus: item celiacis. Radix ad tertias
cocta aluū sistit & sanguinem: item dētes collutos decocto. Eodem succo fouentur sedis atq; gēitali-
um ulcera. Cuius e radice deprimit uuam. Idæus rubus appellatus est: quoniā in ida nō alias nascitur.
Est aut tenerior ac minor rarioribus calamis innocentioribusq; sub arborum umbra nascens. Huius
flos cū melle epiphoris illinitur & ignibus sacris: Stomachicisq; ex aqua bibēdus datur cætera eadē
præstat que supradicta: inter genera ruborū thamnus appellatur a græcis candidior & fruticosior. Is
flore ramos spargens rectis aculeis non ut cæteri aduncis: foliis maioribus. Alterū genus eius silue-
stre nigrius & quadantenus rubens. Fert ueluti folliculos. Huius radice decocta i aqua fit medicamē-
tū quod uocatur lyciū. Semen secundas trahit. Alterq; ille candidior astringit magis refrigerat. colle-
ctiōibus & uulnibus accomodatio. Folia uero utriusq; & cruda & decocta illinuntur cū oleo lyciū
præstantius e spina fieri tradunt. quam & pyxacanthon chironiam: uocāt. quales in indicis arborib;
diximus: quoniam longe præstantissimū existimatur indicū. Coquantur in aqua tusi rami: radicesq;
summæ amaritudinis æreo uase fere per tridū: iterūq; exempto ligno donec mellis crassitudo fiat.
Adulteratur amaris succis etiam amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac flos quidem oculorū medi-
camentis additur. Reliquo succo faciem purgat: & psoras sanat: erosos angulos oculoꝝ: ueteresq; flu-
ctiones: aures purulentas: tonsillas: gingiuas: tussim. sanguinis excreatiōes fabæ magnitu die deuora-
tū. Aut si ex ulceribus fluat: alitū rhagadas. genitalium ulcera. Attritus ulcera recentia & serpentina ac
putrescentia in naribus clauos: supurationes. Bibitur & a mulieribus in lacte contra profluuia. indi-
ci differentia glebis extrinsecus nigris itus ruffis: cū fregeri: cito nigrescentibus. Astringit uegemē-
ter cū amaritudine. ad eadem omnia utilis est: sed præcipue ad genitalia. Sunt qui & sarcocolla & spiæ
lachrymam putent pollini turis similem cū quadam acrimonia dulcem. Cum uino tusa sistit fluctio-
nes illinitur infantibus. Vetustate & hæc maxime nigrescit. Melior quo candidior. Vnum etiam nū-
arborū medicinis: debetur nobile medicamentū: quod oporicem uocant. Fit ad dysentericos stoma-
chiq; uitia in congio musti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinq; cū suis seminibus: pu-
nicis totidem: sorborū sextario & pari mensura eius quod rhun syriacum uocat: croci semuncia. Co-
quitur usq; ad crassitudinem mellis. His subnectemus ea quæ græci communicatione nominū in ambi-
quo fecere an ne arborum essent.

De camedrye & chamedaphne: & chamelea: & chamefyce: & camecisso: & chame-
leuce. & chamecyperisso. & ampelopraso: & stachye: & clinopodio: & centunculo: &
clematide ægyptia medicina.

Cap. xy.

QHamædrye hærbæ est. quæ latine trixago dicitur. aliq; eā chamædropē alii theucriā appella-
uere. Folia habet magnitudine mētæ: colore & diuisura quercus. ali ferratā. & ab ea ferrā i-
uētā eē dixere: flore pene purpureo. Carpitur prægnās succo i petrosis aduersus serpentū
uenena potu illitūq; efficacissima. itē stomacho tussi uetustæ pituitæ i gula cohærescētī. ruptis cōul-
sis lateris doloribus. Lyenē consumit. Vinam & mēses cit. Ob id incipientibus hydropicis efficac
manualibus scopis eius in tribus heminis aq; decoctis usq; ad tertias. Faciūt & ex ea pastillos terētes
eā ex aqua ad supradicta. Sanat & uomicas & uetera ulcera uel sordida cū melle. Fit & uinū ex ea pe-
ctoris uitis folioꝝ succus cū oleo caliginem oculorū discutit. ad splenem ex aceto sumitur ex calfa-
cit perunctiones. Chamædaphne uinico ramulo est cubitali fere. folio tenui lauri similitudine. Semē
rubens admixtū foliis illinitur capitis doloribus recens. ardores refrigerat. ad tormia cū uino bibif
Menses succus eius urinam cit potu. partusq; difficiles in lana appositus. Chamælea similitudinē fo-
lioꝝ oleæ habet. Sunt autem ei an. ara odorata: in petrosis nascens palmi altitudinē non excedens.
aluū purgat. Detrahit pituitā bilēq; foliis in duabus partib; absinthii decoctis succoq; eo cum mel-
le potu. Foliis impositis & ulcera purgātur. aiunt si quis ante solis ortū capiat: dicatq; ad albugines
oculoꝝ se capere: ad alligata discuti id uitū. Quoquo modo collectā iumentorū pecorūq; oculis sa-
lutarē esse Chamefyce lentis folia habet nihil se attollentia. i aridis petrosisq; nascēs claritati oculoꝝ
& cōtra suffusiones utilissima. & cicatrices caligines muriculas nubeculas i uino cocta inuncta. Vul-
uæ dolores sedat apposita i lēteolo. Tollit & uerucas oium generū illita. pdest & orthopnoicis. Cha-
mæcissos spicata ē tritici mō ramulis q; fere folliosa. cū floret existimari pōt alba uiola radice tenui.
C^o bibūt ischiatici folia trib; obolis i uini cyathis duob; septē dieb; admodū amara potōe. Chamæ
&